Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



addicio aut corrumpit sensum verborum forme sicut mu
tat formam aliquis dicendo sic baptizo te in nomine patris
maioris et filii minoris et spiritus sancti Et talis addicio
corrumpit sensum verborum cum tollat equalitatem personarum
Aut talis addicio non corrumpit sensum verborum sed non obstan
te tali addicione manet sensus verborum Et tunc si ille qui
addit aliquid intendat mutare nichil fiat cum non bapti
zat in fide ecclie Si autem non intendat mutare forma ecclie sed
ex quadam devocione addit aliquid sic dicendo baptizo te
in Et sic beate virginis vel beato virgo adiunct te vel aliquid
aliud tale talis addicio non impediat baptismum Alio modo
potest mutari forma baptismi diminuendo aliquid de ea
et tunc si diminuat dicto integra quecumque sit illa de omnibus
istis baptizo te in nomine patris in nichil fit quia omnia ista
verba sunt de essencia forme Si autem non dicto integra sed
pars dicionis tunc aut diminuo talis fit in principio dicionis sicut
de ista dicione prius vel quarius alia substituitur prima litera vel
silba talis diminuo cum tollat sensum verborum impedit bap
tismum Si autem fiat diminuo talis de fine dicionis sicut de ista
dicione prius remouentur s vel aliquid tale talis diminuo non
impedit baptismum cum maneat idem sensus verborum sicut
narratur in decretis in tractatu de eo di mi retulerunt q
quidam sacerdos ignarius lingue latine baptizabat sub ista
forma baptizo te in nomine p in Et dicit papam decreto illo
quod vere baptizabat Alio modo potest fieri mutatio extra ipsam
formam baptismi interrumpendo verba ipsius forme et tunc si
sit tanta interrumpcio quod impediat intencione baptizantis
sicut si de mane dicet ego baptizo te Et postea iret ad expe
diendum negocia Et qui redeuit dicet in nomine patris in nichil
fiet Si autem non sit tanta interrumpcio quod mutet inte
cione baptizantis sicut si dicet baptizo te in nomine patris
Et hoc dicto dicat astantibus tacete vel orate domini vel ali
quid tale ex hoc non impeditur baptismus

Capm quartum de ministro baptismi

Minister baptismi est duplex vnus ex talium
necessitatis et iste est sacerdos ad solum tantum
sacerdotem ex talium necessitatis pertinet baptizare